dilloniby et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem ultra praesentes ter-
minos officii praefati Castren. Premislien. dillonem sibi non recipiendo nullasque mo-
tiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis impli-
bus solvendis quaestionibus suspensionibus fatalibus iuribus Proconsule Terrestri
bello conventioneque et aliis omnibus iuris remediis ac defensionibus non subter-
fugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

10/VI 1630

Actum in Castro Premisliensi feria secunda post Octauas Festi Sacratissimi Corporis Christi proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo trigesimo.

Lubieniecki Barichiey Obligat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castren. Capitan. Premislien. Generosus Andreas Lubieniecki sanus mente et corpore existens a Terrestribus districtibusque iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus renotando huic autem iuris-
dictioni Castren. Premislien. quoad actum praesentem attinet se cum succes-
soribus bonisque suis quibusuis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciens
palam libere publiceque per expressum recognouit. Quia ipse bona sua propria et haeredi-
taria in passione villas agros unum medii lanei nuncupatum Slomczynski cum Curia
et aedificiis ibidem sitis hortis et pomariis Alterum itidem medii lanei incipiendo a
loco Cieplac dicto et se protendendo ad Franciscum Sieleckie tam Subditum Jo-
annem Gacz Nestor Stecz in quarta parte agri quilibet illorum residens et Joan-
nem Lozykreta hortulanum in haereditate villae Lubienice in Districtu Premislien. con-
sistens Cum omni eorumque bonorum iure Dominio et proprietate cumque omnibus et
singulis ipsorum utilitatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis obuentio-
nibus subditorum praefatorum laboribus censibus dationibus muneribus et quibusuis lecturis
attinentiis et pertinentiis quibusuis vniuersis nullis penitus exceptis nec pro se suisque
Successoribus aut aliquopiam reseruatis sed omnibus in genere et singulis in specie
comprehendo genere per speciem et e contra in nullo derogando Prout ea late longe

circumferentia

circumferentiisque prout praefata bona haereditas se in suis metis ac limitibus
ab antiquo extendit et protendit ac prout eadem bona ipsemet regnans tenuit ha-
buit ac possidebat ac ipsum concernebat et eidem seruiebat. Iam ex nunc et
de facto Nobili Helizabeth Nobilis olim Stanislai Baryczki consorti relictae
et ipsius successoribus in summa sexcentorum florenorum pecuniae polon. communis monetae
et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polon. compu-
tando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatae pecuniae hinc et a tacto pro-
xime ad Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli in anno Domini Millesimo sex-
centesimo trigesimo tertio proxime et immediate venturum et in defectu prae-
exemptionis bonorum eorumque extunc ad aliud simile Festum Conuersionis San-
cti Pauli per triennium proxime et immediate post venturum et sic consequenter
de Triennio ad triennium Festo ad Festum Triennis ac Festis continue
et immediate sequendo usque ad exemptionem eorumque bonorum ac summo pro-
fata ?? ac integrae totalem et indiuisam possessionem inscripsit obligauit
et inuadiauit prout praesentibus inscribit obligat et inuadiat. Etiam ex nunc idem regens
Generosus Andreas Lubieniecki praefata Nobili Helizabeth Barycka et ipsius poste-
ris coram officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificam
possessionem per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos ipsi iam ex nunc ab officio praesenti
additos diequecunque voluerit officiose acceptandam Per ipsam obligatariam suam et
illius posteros bona praefata obligata tenendi habendi possidendi illisque paci-
fice et quiete utifruendo ac ad usus suos suorumque successorum quosuis beneplaci-
tos libere et effectualiter conuertendo modo ac titulo obligatorio. Debetque et teneri
memoratus regens Generosus Andreas Lubieniecki prout se ac suos successores in eisdem suis
bonis suis quibusuis omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis praefatae Nobili
Helizabeth Barycka ac illius posteris inscribit et obligat ipsum et illius successores
in dictis bonis obligatis et ratione eorumque bonorum ab omni et quauis impetitione
iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis Status et sexus earundemque
et ad exemptionem eorumque bonorum ac summis praedicta totalem et indiuisam persoluendam
in omni Iudicio et officio Regni euincendo tam in toto quam in parte toties quoties opus
fuerit tueri defendere euincere intercedereque et liberare indemnesque cum posteris

eadem nec non bona praenotata obligata tam in toto quam in parte ab omnibus inscriptionibus, nec non iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eisdem bonis factis et faciendis tenutam quibusvis citationibus in eadem bona importatis et importandis lucrandis, nec non quibusvis iuris quibusvis in quocunque particularibus et gracialibus iuribus dependentibus et in quovis iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis in eisdem bonis obligatis perductis et perducendis emendare et liberare mundaque et libera semper facere ac etiam intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum dum praetentem et Nobilem offisse requiretur non denegare imo teneatur eandem libere et effectualiter dare et admittere dataque et admissa eadem possessione et usumfructum praemissorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non adimere nec impedire. Ipsamque obligatoriam suam ac illius posteros in dictis bonis obligatis tam in toto quam in quavis minima parte non iniuriari. Ita ut eadem bona obligata praedicta obligataria suis cum posteris quiete et pacifice praesentibus suae inscriptionis obligatoriae vigore tenere et possidere queat. Idque sub vadio simili summa sexcentorum florenorum pecuniae polonicae per praefatum regentem Generosum Andream Lubieniecki et illius successores supra scriptae Nobili Helizabetha Barycka et illius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Praeterea memoratus regens Generosus Andreas Lubieniecki praefatis Nobili Helizabetha Barycka et illius posteris Rumationem et exemptionem cum obediendo subditorum ... et usufructu bonorum praeexemptionem sex septimanas integras concedit quam se et suos successores nemeonisque per continuas sex septimanas integras concedit ... habitis et cessoribus in et super bonis suis quibus omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis eius obligatariis suae eiusque posteris inscribit et obligat tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non adimere nec impedire sub simili ac speciali vadio sexcentorum florenorum pecuniae polonicae per praefatum regentem Generosum Andream Lubieniecki eiusque successores praefatae Nobili Helizabethae Barycka aut eius posteris ob impeditam vel ademptam Rumationem toties quoties opus fuerit ad solvendumque succumbendo. Praeterea memoratus regens Generosus Andreas Lubieniecki supra scriptae Nobili Helizabetha Barycka et ipsius posteris

dat et

dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem obligatoriam ex his Actis Castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Praemisliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ipsummet regentem transportaretur. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendumque succumbendo ac pro aliqua parte ex praemissis non completa complendaque praemissis citatusque ex nunc memoratus regens Generosus Andreas Lubieniecki aut eius successores ad instantiam praefatae Nobilis Helizabethae Barycka vel ipsius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense ex hunc recessu suprascripto quoad vadium spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere vadia praedicta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundemque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servicio militari admunimen ad Evictionem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Praemisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibusque suspensionibus fatalibus iuris per inscriptionem Terrestri bello Conventioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Baricka Przybyslawskiey Debet

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Helizabeth Nobilis olim Stanislai Barycki consors relicta vidua sana mente et corpore ex nunc a Terrestribus districtibus iuribusque iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Praemisliensi quoad actum praesentem attinet secum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa Generosae Dorothea Crochnicka Generosi olim Joannis Przybyslawski consortis